Ex Senatus Consulto 23. Julii 1750. *Felix Degli Atti* in locum *Alexandri Capponi*, familiæ jam extinctæ per obitum dicti *Alexandri* sequutum Romæ sine ulla prole die 21. Septembris 1746.

Ex altero Senatus Consulto 20. Decembris 1771., vigore Rescripti Sa. Me. Clementis PP. XIV. 28. Septembris 1771., et Epistolii Supremæ Secretariæ Status 10. Decembris dicti Anni 1771. fuit subrogatus dicto *Felici*, qui jam obierat Viterbii die 31 Augusti 1770., *Antonius natus ex Familia Cardelli* tamquam Hæres universalis cum onere assumendi cognomen, et insignia Familiæ extinctæ. *Degli Atti Antonius* autem naturæ debitum in statu celibi persolvit die 4. Januarii 1804., et ideo hæc familia remansit extincta: cui suffecta est *COLLICOLA ex PHILIPPO*

Ex Senatus Consu'to 25 Aprilis 1843. *Philippus Collicola* in locum *Felicis Degli Atti*, Familia, ut supra extincta.

14. *Familia CAPRANICA ex CAMILLO.*

Ex Senatus Consulto 26. Maii 1754. *Capranica Bartholomæus* in locum Camilli ejus Patris, qui Romæ decessit die 12. Martii dicti Anni 1754.

Ex altero Senatus Consulto 23. Septembris 1788. *Franciscus* in locum dicti *Bartholomæi* ejus germani fratris, qui absque ulla Successione jam Romæ obierat die 7. Martii 1766.

Ex altero Senatus Consulto 13. Novembris 1800. *Julianus* in locum *Francisci* qui pariter decessit in Urbe sine ulla prole die 26. Januarii 1799. ejus germani fratris.

Ex altero denique Senatus Consulto 18. Augusti 1818. *Bartholomæus*, hujus nominis secundus, in locum *Juliani* ejus Patris, qui jam Romæ ex hac vita migravit die 27. Augusti 1809.

15. *Familia CARDELLI ex ANTONIO.*

Ex Senatus Consulto 26. Martii 1750. *Cardelli Franciscus Maria* in locum *Antonii* ejus Patris, qui Romæ ex hac vita migravit die 26. Februarii 1750.

Ex altero Senatus Consulto 15. Decembris 1778. *Alexander* in locum dicti *Francisci Mariæ* ejus Patris, qui pariter in Urbe vitam cum morte commutavit die 7. Decembris 1778.

Ex altero denique Senatus Consulto 23. Februarii 1822. *Carolus* in locum supramemorati *Alexandri* ejus Patris, qui Romæ similiter occubuit die 1. Januarii 1822.

16. *Familia CARPEGNA ex FRANCISCO*

Ex Senatus Consulto 2. Martii 1750. vigore Rescripti S. M. Benedicti PP. XIV. *Antonius* natus ex Fa-

milia *Gabrielli*, qui cognomen assumpsit Carpegna in locum *Francisci* Carpegna ejus Avunculi ex fœmina, qui obiit Romæ die 4. Maii 1740. absque Successione.

Ex altero Senatus Consulto 13. Novembris 1800. *Gaspar* in locum dicti *Antonii* ejus Patris, qui pariter Romæ decessit die 25. Augusti 1800.

Ex altero denique Senatus Consulto diei 8. Januarii 1836. *Aloysius* Carpegna in locum dicti *Gasparis* ejus Avi, qui obiit Romæ die 15. Octobris 1828. absque Successione.

17. *Familia CASALI ex ALEXANDRO* nunc extincta

Ex Senatus Consulto 15. Decembris 1778. *Casali Joannes Baptista* in locum *Alexandri* ejus Patris, qui Romæ ex hac vita decessit die 4. Februarii 1778.

Cum præfatus *Joannes Baptista* unicus de sua gente vir extiterit superstes, et in ejus obitu hic in Urbe sequuto die 14. Septembris 1824., nullam masculinam sobolem reliquerit, ideoque hæc Familia Casali remansit extincta.

18. *Familia CAVALIERI ex ÆMILIO* nunc extincta, cui suffecta est

*Familia LAVAL DELLA FARGNA ex CLEMENTE.*

Ex Senatus Consulto 30. Decembris 1760. *Cavalieri Gaspar* in locum Æmilii ejus Patris, qui Romæ decessit die 21. Decembris 1754.

Ex altero Senatus Consulto 12. Decembris 1788. *Uldericus* in locum *Gasparis* ejus Patris, qui pariter Romæ occubuit die 5. Novembris 1788. Quæ Familia, ob decessum sine ulla prole masculina sequutum dicti *Ulderici* die 15. Martii 1814., remansit extincta.

Ex Senatus Consulto die 15. Junii 1836 in locum dicti *Ulderici*, *LAVAL DELLA FARGNA CLEMENS.*

19. *Familia CENCI ex VIRGINIO*

Ex Senatus Consulto 7. Decembris 1755. *Cenci Hieronymus* in locum *Virginii* ejus Patris qui Albalongæ ex hac vita decessit die 4. Decembris 1755.

Ex altero Senatus Consulto 4. Junii 1804. *Virginius* filius dicti *Hieronymi*, qui jam Romæ ex hac vita migravit die 15. Augusti 1803.

Ex altero Senatus Consulto 12 Junii 1838 *Alexander* filius dicti *Virginii*, qui Romæ decessit die 28. Augusti 1837.

20. *Familia CENCI ex CHRISTOPHARO* nunc extincta, cui suffecta est

*Familia DE CINQUE ex JOANNE PAULO*

Ex Senatus Consulto 29. Decembris 1759. De Cinque *Joannes Paulus* in locum *Christophari Cenci*, qui sine ulla prole masculina Romæ decessit die 6. Octobris 1758.

Ex altero Senatus Consulto 18. Octobris 1796. *Odoardus* filius Joannis Pauli, qui Romæ decessit die 29. Septembris 1796.

Ex altero Senatus Consulto diei 27. Martii 1835. *Ferdinandus* filius Odoardi, qui Romæ decessit die 3. Februarii dicti anni.

21. *Familia CEVA ex HORTENSIO* nunc extincta

Ex Senatus Consulto 17. Augusti 1797. *Ceva Franciscus* in locum Hortensii ejus Patris qui Romæ occubuit die 28. Julii 1797. Franciscus autem ibique decessit die 12. Aprilis 1832. absque Successione, ideo hæc Familia remansit extincta: cui suffecta est

*Familia NEGRONI ex JOSEPHO*

Ex Senatus Consulto 25. Aprilis 1843. *Joseph Negroni* in locum *Hortensii Ceva*, familia, ut supra extincta.

22. *Familia CHIGI MONTORO ex JOANNE*

*Joannes Chigi Montoro* in Capitulis Matrimonialibus solemniter celebratis sub die 5. Augusti 1736. cum Nobili Puella Maria Virginia unica filia Patritii Patrizi, et Mariæ Angelæ Carpegna, dimisso proprio cognomine, assumpsit sine ulla mixtura agnomen, et insignia Familiæ Patrizi, a quo conjugio duos procreavit filios, unus nomine Constantinus, qui innuptus decessit Neapolis die 29. Novembris 1765., et altera nomine Portia. Supradictus Joannes Romæ vitam cum morte commutavit die 27. Junii 1772. Portia autem die 4. Junii 1770. nupsit Nobili Viro Francisco Nari, qui pariter in Capitulis Matrimonialibus solemniter celebratis die 11. Decembris 1769., dimisso proprio cognomine, et insignia Nari, assumpsit cognomen et insignia Familiæ Patrizi. Franciscus obiit die 18. Decembris 1813. Ab eisdem natus est Joannes Patrizi, qui Romæ decessit die 8. Januarii 1818. Joannes genuit Philippum. Hæc Familia Patrizi sic riunita cum supramemoratis duabus Familiis Chigi-Montoro, et Nari progreditur, donec evenerit, ut plures filii masculi in hac familia sint, et inter se sejungantur, et unusquisque eorum separatim constituat unam ex dictis familiis.

23. *Familia COSTAGUTI ex JOANNE GEORGIO*

Ex Senatus Consulto 25. Septembris 1753. *Ascanius* in locum *Joannis Georgii* ejus Patris, qui decessit in suo Feudo Arcis Viciariæ die 21. Septembris 1753.

Ex altero Senatus Consulto diei 23. Septembris 1788. in locum dicti *Ascanii*, qui hic in Urbe vitam cum morte commutavit die 11. Augusti 1788., *Aloysius* ejus filius.

24. *Familia CRESCENZI ex VIRGILIO* nunc extincta, cui suffecta est

*Familia MORONI ex HANNIBALE*

Ex Senatus Consulto 9. Martii 1762. *Crescenzi Eñus, et Rñus Dominus Cardinalis Marcellus* in locum Virgilii ejus germani fratris defuncti Romæ absque ulla Prole die 14. Maii 1761.

Ex altero Senatus Consulto 27. Septembris 1768. *Moroni Lazzarini Hannibal* in locum dicti *Eñi et Rñi Cardinalis Marcelli*, qui ultimus de sua familia Crescenzi Ferrariæ decessit die 24. Augusti 1768.

Ex altero denique Senatus Consulto 19. Januarii 1795. *Michael* filius dicti Hannibalis in locum Patris, qui Romæ occubuit die 5. Octobris 1794.

25. *Familia DEL DRAGO ex PAULO*

Ex Senatus Consulto 30. Decembris 1760. *Del Drago Clemens* in locum sui genitoris Pauli, qui jam obierat die 26. Aprilis 1754.

Ex altero Senatus Consulto 12. Junii 1796. *Stanislaus* ejus Familiæ Secundonatus pro patruo Clemente qui Romæ in statu celibi obiit die 7. Januarii 1796.

Ex altero Senatus Consulto 11. Decembris 1802., et vigore Rescripti S. M. Pii PP. VII. 4. dicti mensis et anni *Urbanus Del Drago* tamquam suæ gentis primoratus, præfato ejus germano fratri Stanislao subrogatus est. Tunc autem *Stanislaus* idem Accoramboni familiæ locum obtinuit.

Nunc dicti *Urbani* Familia ad gradum Principatus evecta est.

26. *Familia FALCONIERI ex HORATIO*

Ex Senatus Consulto 15. Decembris 1778. *Falconieri Marius* in locum Horatii ejus Patris, qui Romæ jam obierat die 19. Aprilis 1778.

Ex altero Senatus Consulto 13. Novembris 1800. *Alexander* filius dicti *Marii* Neapolis defuncti die 29. Octobris 1799.

Ex altero denique Senatus Consulto 4. Junii 1824. in locum dicti *Alexandri*, qui hic in Urbe pariter decessit die 20. Maii 1803. *Horatius* filius ejus.

27. *Familia FILONARDI ex SCIPIONE* nunc extincta.

Ex Senatus Consulto 24. Aprilis 1786. *Filonardi Philippus* in locum *Scipionis* ejus Patris, qui Romæ decessit die 10. Januarii 1786.

Per obitum dicti *Philippi* Ferrariæ sequutum die 3. Maii 1834. ubi erat Archiepiscopus, hæc Familia Filonardi remansit extincta: cui suffecta est

*Familia SACRIPANTI VITUZI ex CAROLO*

Ex Senatus Consulto 27. Junii 1843. *Carolus Sacripanti Vituzi*, in locum *Scipionis Filonardi*, Familia ut supra extincta.

28. *Familia FRANGIPANE ex POMPEO*

Ex Senatus Consulto *Frangipane Antigonus* in locum *Pompei* ejus Patris, qui Romæ decessit die 2. Novembris 1763.

Ex altero Senatus Consulto 23. Septembris 1788. *Petrus* in locum *Antigoni* ejus Patris, qui pariter Romæ ex hac vita migravit die 18. Novembris 1786.

Ex altero Senatus Consulto 12. Julii 1805. vigore Rescripti S. M. Pii PP. VII. diei 16. Junii dicti anni in locum *Petri*, qui sine sobole ultimus de suæ Familiæ Frangipane stipite Romæ vitam cum morte commutavit die 19. Octobris 1802., *Nicolaus* ex altero stipite ejusdem Familiæ Frangipane Friulanus fuit subrogatus.

29. *Familia GABRIELLI ex ANGELO* nunc ad Principatus gradum evecta, cui suffecta est

*Familia COMPAGNONI MAREFOSCHI ex CAMILLO*

Ex Senatus Consulto 29. Decembris 1790. *Compagnoni Marefoschi Camillus* in locum *Angelis Gabrielli* Familiæ ad Principatus gradum evectæ ex Chirographo SSm̃i diei 23. Septembris 1762.

Ex altero Senatus Consulto *Alexander* in locum dicti *Camilli* ejus Patris fuit subrogatus.

Ex altero denique Senatus Consulto diei 8. Januarii 1836. *Camillus*, hujus nominis secundus, Filius dicti *Alexandri* defuncti Maceratæ sub die 21. Augusti 1829.

30. *Familia GABRIELLI ex ANTONIO*, cui suffecta est

*Familia MANTICA EX CAROLO CAMILLO* nunc extincta

Ex Senatus Consulto 5. Junii 1752. Mantica *Carolus Camillus* in locum *Antonii Gabrielli*, qui jam ex altero Senatus Consulto 2. Martii 1750. fuerat subrogatus in locum *Francisci Carpegna* ejus Avunculi.

Supradictus *Carolus Camillus Mantica* obiit Romæ die 27. Martii 1799. absque sobole,

31. *Familia GAVOTTI ex STEPHANO*

Ex Senatus Consulto 6. Maii 1758. Gavotti *Angelus* in locum *Stephani* qui obiit Romæ die 11. Februarii 1756. *Angelus* semper in statu celibi vixit, et Romæ pariter decessit die 11. Augusti 1818.

Ex altero Senatus Consulto 18. Augusti 1818. Gavotti *Hieronymus* filius *Alexandri* Fratris supradicti Angeli in locum dicti *Angeli* ejus Patris.

Ex altero Senatus Consulto 12. Junii 1838. *Aloysius* filius in locum dicti *Hieronymi*, qui Romæ decessit die 10 Novembris 1837.

32. *Familia GRASSI ex MARCO ANTONIO* nunc extincta

Ex Senatus Consulto 14. Maii 1757. Grassi *Horatius* in locum *Marci Antonii* ejus Patris, qui obiit Romæ die 8. Martii 1757.

Ex altero Senatus Consulto 22. Martii 1807. fuit eidem Horatio ob ejus oculorum cecitatem subrogatus *Franciscus* germanus frater; ambo innupti Romæ decesserunt; Horatius videlicet die 25. Julii 1809., et Franciscus 22. Martii 1807. ideoque hæc familia remansit extincta.

33. *Familia MACCARANI ex JOSEPHO* nunc extincta

Ex Senatus Consulto 3. Januarii 1747. *Maccarani Silvius* in locum *Josephi* ejus Patris, qui Albani jam decesserat sub die 26. Octobris 1746. *Silvius* autem sine ulla prole Masculina obiit Romæ die prima Novembris 1805. ideoque hæc familia remansit extincta.

34. *Familia MARISCOTTI ex HORATIO*

Ex Senatus Consulto 22. Septembris 1772. *Mariscotti Sfortia* in locum *Horatii* ejus Patris, qui Romæ vitam cum morte commutavit die 16. Maii 1772.

Ex altero Senatus Consulto 20. Decembris 1779. *Franciscus* filius dicti Sfortiæ, qui Romæ defunctus est die 2. Novembris 1779.

35. *Familia MASSIMI ex CAMILLO FRANCISCO* nunc ad Principatus gradum evecta.

Ex Senatus Consulto 28. Aprilis 1802. *Massimi Camillus Maximilianus* in locum *Camilli Francisci* ejus Patris, qui decessit Neapolis die 20. Februarii

1801. Idem Camillus Maximilianus inter Romanos Principes a Summo Pontifice fuit recognitus per Breve sub datum 27. Junii 1826.

36. *Familia MASSIMI ex FRANCISCO*

Ex Senatus Consulto 15. Septembris 1770. *Massimi Angelus Tyberius* in locum *Francisci* ejus germani fratris.

Ex altero Senatus Consulto 18. Junii 1814. *Æmilius* filius dicti *Angeli Tyberii*, qui Romæ decessit die 18. Februarii 1810.

Ex altero Senatus Consulto 17. Martii 1820. *Franciscus* dicti Æmilii germanus frater, qui jam obierat die 5. Decembris 1818. Dictus Franciscus ad Principatus gradum fuit evectus vigore Brevis a S. M. Pii PP. VIII. expediti die 9. Septembris 1828.

37. *Familia MELCHIORRI ex JOANNE BAPTISTA* nunc extincta, cui suffecta est.

*Familia SPADA ex ALEXANDRO*

Ex Senatus Consulto 22. Septembris 1758. *Spada Alexander* in locum *Joannis Baptistæ* Melchiorri, qui absque ulla prole Romæ decessit die 13 Aprilis 1757.

*Alexander* autem, qui Reatis decessit die 7 Martii 1799, genuit *Hieronymum* qui obiit Maceratæ die 19 Decembris 1821.

Ex Senatus Consulto diei 8 Julii 1836 *Alexander* secundus hujus nominis in locum Hieronymi ejus Patris.

38. *Familia MIGNANELLI ex JACOBO*

Ex Senatus Consulto 30 Decembris 1760 *Mignanelli Hieronymus* in locum *Jacobi*, qui Romæ decessit die 11 Augusti 1749

Ex altero Senatus Consulto 30 Decembris 1760. *Petrus* in locum *Hieronymi* ejus Patris, qui pariter Romæ die 24 Novembris 1760. vitam cum morte commutavit.

Ex altero Senatus Consulto 15 Martii 1785 *Franciscus* ex alio stipite ejusdem Mignanelli Familiæ in locum *Petri* ejus fratris consobrini, qui ultimus in statu celibi Romæ ex hac vita migravit die prima Junii 1768

39. *Familia MOLARA ex LAURENTIO* nunc extincta

*Laurentius Molara* absque ulla prole Romæ decessit die prima Aprilis 1762., ideoque hæc Familia remansit extincta.

40. *Familia MUTI ex INNOCENTIO*

Ex Senatus Consulto 24. Augusti 1781 *Joannes*

*Paulus* in locum *Innocentii* ejus Patris, qui obiit Romæ die 12 Augusti 1781.

Ex Senatus Consulto *Clemens* filius dicti *Joannis Pauli* qui Romæ decessit die 14. Septembris 1804.

Ex altero denique Senatus Consulto diei 15 Decembris 1832. *Joannes Paulus* hujus nominis secundus in locum dicti *Clementis* ejus patris, qui obiit die 16 Aprilis 1821.

41. *Familia MUTI PAPAZURRI ex VINCENTIO*

Ex Senatus Consulto 13 Martii 1781. Muti *Curtius* in locum *Vincentii* ejus germani fratris qui Filacciani decessit die 14 Septembris 1779.

Ex altero Senatus Consulto 21. Novembris 1797, *Hieronymus* filius dicti *Curtii*, qui Romæ defunctus est die 13. Octobris 1797.

Ex altero Senatus Consulto 12. Januarii 1816. *Raphael* filius dicti *Hieronymi*, qui inCastro Mareni decessit die 24 Decembris 1810.

42. *Familia NARI ex PATRITIO*

Ex Senatus Consulto 28 Junii 1749 et ex altero Senatus Consulto 6 Maii 1758 *Nari Franciscus* in locum *Patritii* ejus Patris, qui Romæ decessit die prima Novembris 1748. *Franciscus* postea, dimisso proprio cognomine *Nari*, assumpsit agnomen, et insignia FamiliæPatrizi, obMatrimonium celebratum die 20 Maii 1770. cum Domina Portia Chigi Montoro *Patrizi*.

43. *Familia OLGIATI ex JOANNE BAPTISTA*

Ex Senatus Consulto 14 Decembris 1759. *Olgiati Alexander* in locum *Joannis Baptistæ* ejus Patris, qui Romæ decessit die 21 Octobris dicti anni 1759.

Ex altero Senatus Consulto 18 Novembris 1810. *Joannes Baptista* hujus nominis secundus in locum *Alexandri* ejus Patris, qui pariter in Urbe vitam cum morte commutavit die 13 Novembris 1799.

Ex altero Senatus Consulto 10 Novembris 1842 in locum *Joannis Baptistæ*, qui Romæ decessit die 6 Aprilis 1841 *Dominicus Olgiati* ejus filius.

44. *Familia ORIGO ex VINCENTIO* nunc extincta.

Ex Senatus Consulto 15. Junii 1808 *Origo Joseph* in locum *Vincentii* ejus Patris, qui decessit Romæ die 30 Maii 1808. Supradictus *Joseph* sine sobole Tiburis occubuit die prima Decembris 1833.

45. *Familia ORSINI ex BENEDICTO* nunc extincta

Cum *Benedictus Orsini* ultimus superstes de sua gente occubuisset Romæ die 18 Januarii 1797 innuptus, hæc Familia remansit extincta.

46. *Familia OTTIERI ex LOTHARIO* nunc extincta, cui suffecta est.

*Familia SINIBALDI ex COESARE* pariter extincta

Cum *Lotharius Ottieri*, unicus de sua gente superstes, Romæ defunctus die 24 Martii 1789, nullam prolem reliquisset; hæc Familia *Ottieri* remansit extincta.

Ex Senatus Consulto 15 Decembris 1800 *Sinibaldi Cæsar* in locum *Lotharii* ultimi de memorata Familia Ottieri defuncti fuit subrogatus. Qui quidem *Cæsar* cum nullum Matrimonium contraxisset, per ejus obitum Romæ sequutum sub die 3 Julii 1804, hæc Familia remansit extincta.

47. *Familia PALOMBARA ex MAXIMILIANO* nunc extincta, cui suffecta est.

*Familia BONACCORSI ex BONACCURSIO*

Cum *Maximilianus Palombara* nullam in ejus obitu Romæ sequuto sub die 26 Martii 1753, masculinam prolem reliquisset ejus familia remansit extincta.

Ex Senatus Consulto 13 Augusti 1754 *Bonaccorsi Bonaccursius* in locum *Maximiliani* ultimi de memorata Familia Palombara fuit subrogatus.

Ex altero Senatus Consulto 15 Decembris 1778 *Alexander* in locum *Bonaccursi* ejus Patris, qui jam Romæ vitam cum morte commutaverat die 31 Augusti 1774.

Ex altero Senatus Consulto 17 Martii 1820 *Bonaccursius* hujus nominis secundus in locum *Alexandri* ejus Patris, qui similiter in Urbe occubuit die 23 Aprilis 1817.

48. *Familia PATRIZI ex PATRITIO*

Ex Senatus Consulto 2. Martii 1750. vigore Rescripti S. M. Benedicti PP. XIV. 28 Februarii dicti anni ad instantiam Joannis Chigi Montoro in locum *Patritii*, qui ultimus de sua familia Romæ decessit die 11 Decembris 1747 fuit subrogatus *Constantinus* Pronepos dicti Patritii sui Avi. Idem *Constantinus* Neapolis decessit die 19 Novembris 1765.

Ex altero Senatus Consulto 25 Februarii 1801. Joannes filius Francisci Nari et Portiæ Chigi Montoro Patrizi in locum dicti *Constantini* ejus Avunculi.

Ex altero Senatus Consulto 18. Augusti 1818. *Philippus* in locum *Joannis* ejus Patris, qui obiit Romæ die 8. Januarii 1818.

49. *Familia PETRONJ ex ALEXANDRO* nunc extincta

Cum *Alexander Petronj* ultimus de sua gente su-

perstes nullam masculinam prolem reliquisset in illius obitu Romæ sequuto die 4. Decembris 1771. hæc Familia remansit extincta.

50\. *Familia RAGGI ex THOMA* nunc extincta.

Ex Senatus Consulto 23. Julii 2750. in locum *Thomæ* ejus Patris, qui Romæ decessit 26. Maii dicti anni, fuit subrogatus *Ferdinandus* ejus filius unicus, qui cum innuptus pariter Romæ decessisset die 22. Decembris 1784., hæc Familia remansit extincta.

51\. *Familia RICCI ex JULIO*

Ex Senatus Consulto 15. Decembris 1776. *Ricci Joannes* in locum *Julii* ejus Patris, qui Romæ obdormivit in Domino die 29 Novembris 1778.

Ex altero Senatus Consulto 29 Novembris 1808. *Petrus* in locum Joannis ejus Patris, qui pariter in Urbe emisit spiritum die 29. Novembris 1808.

52\. *Familia SACCHETTI ex JOANNE BAPTISTA*

Ex Senatus Consulto 30. Decembris 1760. *Sacchetti Julius* in locum *Joannis Baptistæ* ejus germani fratris, qui obiit Romæ die 21 Novembris 1759.

Ex altero Senatus Consulto 13. Decembris 1785. *Scipio* filius dicti Julii in locum Patris, qui Lugduni decessit die 14. Decembris 1782.

Ex altero Senatus Consulto diei 30 Julii 1840 *Hieronymus* in locum Scipionis ejus Patris, qui Romæ decessit die 23. Januarii dicti anni

53\. *Familia SAMPIERI ex JO. BAPTISTA.*

Ex Senatus Consulto 30. Decembris 1760. Sampieri *Joannes Antonius* in locum *Joannis Baptistæ* ejus Patris, qui jam decesserat usque et sub die 10 Augusti 754.

Ex altero Senatus Consulto 25. Septembris 1807. *Joannes Baptista* hujus nominis secundus in locum dicti *Joannis Antonii* ejus Patris, qui in Urbe vitam cum morte commutavit die 6. Julii 1807. Iste autem *Joannes Baptista* obiit Romæ die prima Octobris 1827

Ex Senatus Consulto 15 Decembris 1831 *Aloysius Sampieri* in locum *Marci* ejus primogeniti fratris, attenta ejus renunciatione, sine præjudicio tamen filiorum ejusdem fratris primogeniti si essent venturi.

54\. *Familia SERLUPI ex HIERONYMO.*

Ex Senatus Consulto 10. Decembris 1779. *Serlupi Dominicus* in locum *Hieronymi* hujus nominis primi, qui Romæ vitam cum morte commutavit die prima Decembris 1779.

Ex altero Senatus Consulto 12. Januarii 1816. *Hieronymus* hujus nominis secundus in locum dicti *Dominici* ejus Patris qui in Urbe pariter ex hac vita decessit die 31. Agusti 1814.

55. *Familia SODERINI ex NICOLAO.*

Ex Senatus Consulto 10. Decembris 1779. *Antonius* in locum *Nicolai* ejus Patris, qui obiit Romæ die 2. Februarii 1779.

Ex altero Senatus Consulto 17. Augusti 1797 *Tyberius* germanus frater dicti *Antonii*, qui Romæ decessit die 23. Decembris 1783. Dictus *Tyberius* vitam cum morte commutavit die 27. Januarii 1812. absque ulla prole masculina.

Ex altero denique Senatus Consulto 7. Martii 1820 in vim Rescripti S. M. Pii PP. VII. 27 Januarii dicti Anni 1820 *Laurentius* Roberti frater uterinus Portiæ *Soderini* filiæ unicæ supradicti Tyberii, quæ ipsum *Laurentium* hæredem universalem, cum assumptione ejusdem cognominis, nominavit in ejus morte Romæ sequuta die 13. Septembris 1818., in locum Familiæ *Soderini* jam extinctæ, fuit subrogatus.

56. *Familia SPADA ex CLEMENTE*

Ex Senatus Consulto 26. Junii 1761. in locum *Clementis Spada*, qui ultimus sui stipitis ulla sine prole Romæ decessit 21. Octobris 1759. fuit subrogatus *Joseph* ex eadem agnatione Bononiæ existente, quæ Familia postmodum fuit ad Principatus gradum evecta.

57. *Familia TEODOLI ex HIERONYMO.*

Ex Senatus Consulto 31 Maii 1708. *Teodoli Jacobus* ex eadem agnatione Fori Livii cum Familia Romana Teodoli in locum *Hieronymi*, qui ultimus sui stipitis absque ulla successione Romæ ex hac vita decesserat sub die 17. Octobris 1766. fuit subrogatus.

Ex altero Senatus Consulto 22. Martii 1807. *Hieronymus* hujus nominis secundus in locum supradicti *Jacobi* sui Avi, qui in eadem Civitate Fori Livii animam Deo reddiderat die sexta Novembris 1776.

58. *Familia VEROSPI ex HIERONYMO* nunc extincta cui suffecta est.

*Familia MUTI PAPAZURRI ex JOANNE ANTONIO* jam *SAVORELLI.*

Ex Senatus Consulto 13. Junii 1820 *Muti Papazurri Joannes Antonius* natus ex Familia Savorelli in locum *Hieronymi Verospi* defuncti sub die 11 Decembris 1775 absque ulla Successione Masculina, ideoque hæc Familia Verospi remansit extincta.

59. *Familia VETTORI ex ALEXANDRO.*

Ex Senatus Consulto 6 Maii 1758 *Vettori Franciscus* in locum *Alexandri* germani fratris, qui Romæ occubuit die 15. Martii 1758.

Ex altero Senatus Consulto 15. Decembris 1778. *Joannes* filius dicti Alexandri in locum *Francisci* ejus patrui, qui in statu celibi semper permansit usque ad diem 10 Maii 1770., in quo naturæ debitum in Urbe persolvit.

Ex altero denique Senatus Consulto 13. Novembris 1828. *Alexander* hujus nominis secundus in locum *Joannis* ejus Patris, qui jam Florentiæ ex hac vita migraverat die 29. Augusti 1810.

60. *Familia VITELLESCHI ex FRANCISCO.*

Ex Senatus Consulto 29 Decembris 1761 *Vitelleschi Dominicus* in locum *Francisci* ejus Patris, qui Romæ ex hac vita migravit die 26 dicti Mensis et Anni

Ex altero Senatus Consulto 21 Februarii 1767 *Angelus* in locum dicti *Dominici* ejus germani fratris jam, in celibatu pariter defuncti Romæ die 24 Maii 1767.

Ex altero Senatus Consulto 17. Martii 1820 *Petrus* in locum dicti *Angeli*, qui similiter vitam in Urbe cum morte commutavit die 24. Februarii 1820.

Ex altero denique Senatus Consulto 10 Novembris 1842 *Angelus* in locum dicti *Petri*, qui Reatis decessit die 27 Julii 1842